



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

43. Ad parcendum &c. Variæ Ordinationes, & Provisiones ad
Commissionem, & propositionem Causarum in Signaturâ Justitiæ
pertinentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

DECRETA MEMORABILIA

Eminentiff. & Reverendiff. D. Cardinalis Signaturæ justitiæ præfecti.

Juxtâ temporis seriem disposita.

VARIÆ ORDINATIONES,

Et Provisiones ad Commissionem, & propositionem Causarum in Signaturâ Justitiæ pertinentes.

Fabritius Tituli S. Christophori S. R. E. Presbyter Cardinalis Spada Signaturæ Justitiæ Sanctissimi Domini Nostri PP. Præfectus.

AD parcendum Litigantium expensis, & coercendos insurgentes abusus, facto verbo cum Sanctissimo, præcipimus, quod nemo in posterum audeat proponi facere in plena Signaturâ Commissiones in Causis non exceden. summam scutorum quinquaginta monetæ, sed pro illis impetrandis, & signandis cum clausulis opportunis instent coram D. Nostro Auditore præviâ citatione Partis adversæ, facien. per acta infrascripti Notarii Archivi cum insertione Commissionum signandarum ad formam Decretorum ejusdem D. Auditoris, cujus Decreta habeant vim Rescripti plenæ Signaturæ, & perinde, ac si ex illâ emanassent. Quibus non acquiescentes tunc possint recurrere ad Nos, & docto de gravamine, eorumdem indemnitati consulemus.

Ulterius mandamus, quod nemo pariter audeat adire plenam Signaturam, quando agitur tam de reintegratione Inhibitionum moderatarum ob non transportationem Actorum à Sacra Rota, & Judicibus Commissariis, seu communicatione eisdem facultatum A. C., quam de reintegratione, vel moderatione Inhibitionum A. C., & aliorum quorumcumque Judicium, sicuti de remissione Causarum, declaratione jurisdictionum, ac deputatione Judicium, seu pro purgatione, vel rejectione attentatorum, sed pro illis instent coram eodem D. Nostro Auditore, præviâ citatione Partis Adversæ, cujus decreta super his habeant pariter vim rescripti plenæ Signaturæ; quibus si non acquieverint, tunc liceat recurrere ad eandem plenam Signaturam, in quâ si succubuerint, Parti victrici solitas expensas scutorum quatuor Procuratores in pœnam rescire teneantur.

Inharendo decreto facto per cla. me. Card. Cynthium Aluobrandinum nostrum Antecessorem, cujus tenor sic est: Si quando inter Litigatores de expediendâ Commissione convenerit, ipsimet, vel eorum Procuratores ad indicandum hujusmodi consensum sua cujusque nomina pariter à tergo Commissionis inscribant; Procuratores autem, qui absque legitimo mandato tale quidpiam ausi fuerint, expensas, damna, & interesse per illustrissimum D. Præfectum extrajudicialiter taxanda læsæ Parti præstare damnabuntur, gravioribus etiam pœnis pro culpæ, dolique mali modo ejusdem Illustrissimi D. Præfecti arbitrio inflictis: Volumus, & mandamus quod in futurum, si Partes, vel Procuratores convenerint de expediendâ Commissione, Revisor juxtâ illorum consensum Commissiones si-

gnandæ nobis afferre teneatur, injungentes tamen Procuratoribus observantiam laudati decreti sub iisdem pœnis, & aliis arbitrio nostro infligendis.

Insuper prohibemus transmitti in plena Signatura Commissiones pro simplici circumscriptione sententiarum, vel decretorum, sed debeant in eisdem Commissionibus alternativè petere, quod, quatenus non sit locus circumscriptioni, committatur causa appellationis cum clausulis opportunis, ne Partes reiteratis propositionibus onerentur.

Volimus etiam, quod in posterum Partes teneantur dare in eorum Summariis sub num. r. copiam de verbo ad verbum collationatam cum Originalibus Commissionum, quæ per ipsas porriguntur signandæ in plena Signaturâ, nec non sub subsequenti numero per extensum, decretum, seu Sententiam, à quo, vel quâ petuntur dd. Commissiones; alias præfatæ causæ per Ponentes ejusdem Signaturæ omnino non proponentur, & Procuratores, qui id inviolabiliter servare noluerint expensis Signaturæ, aliisque arbitrio nostro teneri mandamus.

Et demum præcipimus, quod in posterum caveant DD. Ponentes subscribere propositiones Causarum contra formam præsentium decretorum, nam non obitante eorum subscriptione, causæ non proponuntur, ut supra, & Procuratores in expensis, & aliis etiam gravioribus pœnis damnabuntur.

Quæ omnia, & singula inviolabiliter servari volumus, & mandamus una cum aliis omnibus demandatis in antiquis Edictis sub hac hodiernâ die iterum promulgatis, neque sub quovis prætextu, causâ, vel colore, sive de Partium consensu licitum sit contravenire sub pœnis suspensionis, & aliis gravioribus arbitrio nostro infligendis. Datum Romæ ex Palatio nostræ solitæ Residentiæ hac die 18. Januarii 1701.

F. Card. Spada Præfectus.

C. Cerrus Aud.

Joannes Leonus Arch. Romana Curia Scriptor.

EDICTUM.

Quo præcedentes Ordinationes instaurantur, & aliæ adjiciuntur.

AD parcendum litigantium expensis, & coercendos insurgentes abusus juxtâ exemplum Congregationis Reformationis, facto verbo cum Sanctissimo, inharendo Decretis aliis per Nos publicatis sub die 18. Januarii 1701., illaque innovando, præcipimus, quod in posterum nemo audeat proponi facere in plena Signatura commissiones in causis non exceden. summam scutorum quinquaginta monetæ.

Ulterius mandamus, quod nemo pariter audeat adire plenam Signaturam, quando agitur tam de reintegratione inhibitionum moderatarum ob non transportationem Actorum à Sacra Rota, & Judicibus Commissariis, seu communicatione eisdem facultatum A. C., quam de reintegratione, vel moderatione inhibitionum A. C., & aliorum quorumcumque Judicium, sicuti de remissione jurisdictionum, ac deputatione Judicium, seu pro purgatione, vel rejectione attentatorum, sed pro illis instent coram eodem Domino nostro Auditore præviâ citatione Partis adversæ, cujus

Prohibentur Commissiones pro simplici circumscriptione.

In Summario dentur copie collationate cum originalibus Commissionum, & Decretis, seu Sententiis per extensum.

Causæ quinquaginta seu non excedentes in Signatura non proponantur.

Signatura non audeatur pro reintegratione, vel moderatione Inhibitionum, sed Auditori Signaturæ.

Servetur decretum Cardinalis Aldo-brandini quoad Commissiones.

II.

de-